

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 21

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Quid si debitor pignus aequum idoneum offerat? R. Vix leges admittunt, ut pignus per hoc liberetur. l. 9. §. 3. ff. de pignor. actamen si certo constet creditorem ex eo non posse damnum pati, permittendum est debitori, cum quod nobis non nocet, et alteri prodest concedere oportet, arg. l. 38. ff. de evict.

Lib. 21.

Lib. 21.

De adilitio edicto et redhibitoria, et quanti minoris actione.

Q. d. Quae sint adilitio edicti capita?

R. varia, sed praecipue eminent duo, quorum primo succurritur emptoribus, ne ob vitia rerum sibi venditarum decipiantur. l. 1. §. 2. ff. h. altero, ne quis eanem, vel aprum vel verrem, quae vulgo iter fit, habeat. l. 40. h. et leg. h.

7 quo ad 1. mu. capit.

Q. 2. ad quos contractus pertineat hoc edictum? R. praecipue ad venditiones, l. 63. h. ff. h. et per interpretationem iustam etiam ad permutationem, divisionem, et dationem in solutum. l. 19. §. 5. ff. h.

Q. 3. Quot actiones ex hoc edicto nascentur? R. Tres, prima est actio redhibitoria, 2da quanti minoris, quam etiam aestimatoria vocant, et 3ta in factum adilitio.

Q. 4. Quae sit actio redhibitoria? R. est rei persecutoria, arbitraria, qua emptor contra venditorem propter vitium, ob quod, si id scivisset rem non emisset, agit, ut venditor rem, quam vendidit, cum omni causa recipiat, et pretium cum usuris reddat. l. 22. 23. 27. 29. ff. h.

Q. 5. quae debeat esse vitium? Ante responsione nota, duplici generis vitia alia

Lib. 21.

§ 4. ff. h.

aspe corporis, veluti si equus aliquo morbo
laboret, et alia animi, ut si equus sit
calitrosus, sternax, pavidus. Item R. ac-
tionē redhibitoria ordinariē non habere
locum, nisi ob vitium corporis, excipit nisi
vitium animi usum rei impediatur. l. 243. ff. h.
et quidem multo magis si vitium animi conjun-
tum est vitio corporis.

Q. 6. An res inanimata etiā sub hoc adli-
to edicto comprehendantur? R. affirm. sine
fuerint mobile, sine immobile, hinc si
fuerit domus sit pestilens, aut facta ober-
rend, si fundus pradiū infructuosus et pote-
rit intentari actio redhibitoria

Q. 7. Quid juris si venditor morbum vel
vitium scivisset, contra autem emptor supine
et crasse ignorasset, an adhuc emptori me-
diante actione redhibitoria succurrendū sit?

R. aliqui negativā tenent, sed verior est
affirmativa, quia ~~emptor~~ venditor scien-
ter rem vitiosam vel morbosā vendens est
in dolo per l. quod venditor ff. de dolo mal.
emptor vero solum in culpa lata, sed dolus
præponderat culpa; ergo. Deinde dolus veni-
ni prodesse debet.

Q. 8. Quid hac actione redhibitoria tam
emptor à venditore, quam venditor ab emp-
tore pretendere queat? R. emptorem posse
primo à venditore efficaciter petere, ut ven-
ditor rem morbosā vel vitiosam refuso iterū
integrò pretio ad se recipiat. l. 27. ff. h. 1.

2^{do} ut præter pretii restitutionē etiā
usuras pro rata temporis solvat emptori
si ejus interfit l. 29. ff. h. 1. item omnes ex-
pensas ratione rei factas, l. 27. ff. h. 1. ~~et si~~
^{exceptis} præter cibariis in jumenta expositis, l. 30 ff. h. 3. si

emptor suspicionem concepiat, rem emptam morbo vel vitio affectam esse, tunc agere poterit hac actione, ut venditor re-promittat tale vitium abesse, et simul idonee cavere caveat; hanc tamen actionem ad cautionem praestandam intra duos menses intentare debet, l. 28. ff. h.

Contra venditor ab emptore hac actione pretendere poterit, 1^{mo} ut emptor propter rem emptam restituat omnia ea, quae rei post venditionem accesserunt vel ipsius culpa etiam ~~levi~~ ^{levi} Scilicet: ~~levi~~ non pervenerunt, 2^{do} ut culpa lata ^{et} ~~levi~~ interim in deterioratione rei facta praestetur l. 23. et 24. ff. h.

Q. 9. Quo tempore praestatur redhibitoria?

R. ob vitia rerum sex mensibus: ob ornamenta sexaginta diebus. l. 10. §. 4. l. 38. ff. h. Quod si convenierit, ut res si displicuerit possit reddi, poterit redhiberi, licet nullum sit vitium, modo redhibitio fiat intra 60 dies, l. 31. §. 22 ff. h.

Q. 10. Qua est actio aestimatoria seu quanti minoris? R. est praetoria, qua emptor ob vitium rei, propter quod si scivisset, minoris pretio emisset, agit adversus venditorem, ut quanto minoris emisset, sibi praestet.

Q. 11. ad quod tempus datur haec actio? R. intra annum utilem est proponenda l. 19. §. fin. l. 38. ff. h.

Q. 12. quomodo libellus in hac actione institui debeat? R. actor dicit, 1^{mo} quod vitioso v.g. equo ignoranti vendito aut permutato vitii aestimatio praestanda ac tantum intra annum de pretio sit remittendum, quanto

minoris, cum emeretur, iusta aestimatione
valuit.

2. quod actor equum à Titio certo pre-
tio v.g. centum aureis mense februario
emerit, aut ei dato equus non vitioso per-
mutaverit.

3. Traditionem etiam esse secutam.

4. quod actor nihil vitii subesse sus-
piatus pretium conventum reo bona
fide persolverit; aut eo nomine se
obligaverit.

5. Quod equus ille, cum venderetur, fue-
rit, v.g. retrogradus aut alio vitio vel
morbo in libello exprimendo laboraverit.

6. Quod ita moratus et constitutus, sit
9 proinde vitiosus et vilioris pretii.

7. Quod etiamnum eodem affectus sit
vitio.

8. Quod vitium cum emeretur, fuerit
occultum, et non apparuerit.

9. Quod venditor tam venditionis, quam
traditionis tempore. dissimulaverit, vel
non manifestavit.

10. Quod actor tempore contractus illius
vitii plane ignarus fuerit.

11. Quod equus intuitu illius vitii ^{comuni}
aestimatione non nisi 70. aureis tempore
venditionis valuerit, aut facta permu-
tatione equus vitiosus altero tanto mi-
noris fuerit et vilior.

12. Actorem à tempore notitia confes-
sim reo vitium denuntiasse, cui eiusq. pres-
tationem postulasse, quam tamen ille contra
ius et equitatem. renegavit.

13 Quod terminus anni jure adilitio huic
actioni praefixi nondum sit transactus.
Ita petet sententia iudicis pronuntiarī,
aequum vitiosum, et minoris valoris esse
adeoque condemnari reum, ut de pretio solu-
to 20 aureos restituat, salva tamen actione
si qua forte vitia ulterius or apparitura
sint.

Q. 13. Qua sit actio in factum ex hoc
edicto? R. est personalis praetoria an-
nalis l. 42 ff. h. qua datur adversus eū
qui feram bestiam soluta ligataque, qua
vulgo iter fit, habuit, ad 200 solidos
si liber homo exinde perierit, vel, si noxi-
sum homini libro, quanti bonum aequum ne
iudici videbitur, vel ad duplum praestandum
l. 42 ff. h. Huc videntur aliquomodo re-
ferri edicta de pauperie, item qui derice-
runt vel effuderunt.

Tit. 2
De evictionibus et dupla
stipulatione

Q. 1. Quid sit evictio? R. est rei propria,
quam alius iusto titulo acquisitam habet,
per sententiam iudicis recuperatis. Cum enim
saepè contingat, ut res aliena v. g. furto ablata
vendatur, vel alio modo alienentur Domino
in scitis et invito; hinc iura tunc huic malo
obveniant, concesserunt Domino, quod rem
suam nondum praescriptam ubicumque extiterit
auctoritate iudicis recuperare possit, per
actionem competentem, demonstrando rem hanc
suam esse.

Q. 2. Quomodo evictio in hoc titulo con-
sideretur? R. solum relative, quatenus
nimirum ab alio praestanda, unde in rubrica
hujus tituli subintelligi debet vocabulum praestandis.

Evictionem autem praestare, nil aliud est, quam
damnum, quod alicui propter rem evictam
accidit, refundere; sicuti culpam praestare
est refarcire damnum per culpam datum.

Q. 3. In quibus contractibus evictio locum
habet? R. Non solum in venditione, sed
etiam in aliis contractibus, qui aliqua parita-
tem cum venditione habent, ex l. 4. C. h.
tales sunt permutatio, datio in solutum, divisio,
transactio, si alia res pro alia datur, locatio,
non tamen donatio, ~~si res remanet in manu~~
~~stuv. h. thes. 14.~~ ne alicui sua liberalitas
nimis damnofa sit Stuv. h. thes. 14. Exci-
piunt tamen communiter donationem ob remunera-
tionem factam. vid. Caunterbach. h. n. 17. Stuv. h.
thesi 14. Dissentit Vidmont h. n. 63.

Q. 4. Quis emptor re^{ab alio} evicta abs venditore
pretendere queat. R. cum ad duo agere posse,
primo ad repetitionem pretii, quo res inter
contrahentes aestimata est, l. 13. ff. h.
2^{do} petere poterit interesse particulare,
quanti ipsius nempe emptoris praeter exposi-
tum pretium interest rem evictam non fuisse.
l. 60. ff. h.

7 vel aestimatio

Q. 5. Quid sit stipulatio dupla? R. ea
est, qua venditor emptori stipulanti
promittit rem habere licere, et nisi ha-
bere liceat, quod duplum persolvere ve-
lit, l. 16. ff. h. Dupla enim hic idem est,
quod duplum, quia dupla ab antiquis
interpp. ideo dicta fuit, ut subintellige-
retur quantitas ejus rei, qua vendita est.

Q. 6. Quanta sit differentia inter stipula-
tionem dupla, et ~~exp~~ actionem empti prop-
ter evictionem? R. quod haec quo ad interesse
recipit decrementum et incrementum, prout
emptoris subside^{majoris}, subside^{minoris} inter-

fuit rem evicta non fuisse l. 43 ff. de act. empt. c. 16 ff. h. illa vero i. e. actio ex stipulatione dupla velut stricti juris id duntaxat complectitur, quod in eam deductum est, l. 99 ff. de v. o. consequenter nullum augmentum vel diminutionem recipit sed tantum depositum ab emptore pretium ex promissione duplicandum est, quia etiam illud solum fuit deductum in stipulatione l. 64 ff. h.

Q. 7. Num in stipulatione simple venditor teneatur ad interesse? R. neg. quia ejusmodi stipulatio interposita censetur venditoris et non emptoris favorem respicere, ut videlicet, venditor re evicta, solum pretium expostum restituere teneatur, argumento à contrario ex l. 37. s. 2. ff. h. Vid. Vidm. h. n. 105

Q. 8. Quid Num emptor sumptus litis in defendenda re in iudicio adversus eum, qui eam evincere voluit à venditore repetere possit? R. R. cum distincte affirm. si actor, qui litem emptori moverat, fuit instructus juxta aliquam causam litigandam, et quidem ex culpa et persona venditoris profluente. Ratio. quia venditor obligatur ad id emptori mandandum, ut rem sibi quiete et pacifice habere liceat, arg. l. 11. §. Idem Veratius 13 ff. de act. empt. secus vero si actor vel nullam litigandam causam habuit vel talem licet probabilem, sed non profluente ex persona venditoris, l. ex empto ff. de act. empt.

Q. 9. Quibus casibus actio empti propter evictionem deneganda sit emptori? R. sunt variis. 1. si non denunciaverit emptor venditori, de quo vid. l. 3. §. 17. n. 22. in jus Can., eximpe

nisi professus sit venditor se nolle defendere
 emptorem in lite mota l. 63. ff. h. vel causa
 venditoris notorie sit injusta arg. l. 35. ff.
 h. vel alias venditor remiserit necessitatem
 denunciandi. l. 8. C. h. 2^{do} si non fue-
 rit facta denuntiatio persona cui fieri de-
 bebatur sed alii l. 22. ff. h. 3^{to} si nimis
 sero fit denuntiatio, ut causa defendi
 nequeat, l. 29. §. fin. ff. h. 4^{to} si emp-
 tor iudicio non adfuerit, l. 8. C. h. 5^{to}
 si emptor propter per injuriam iudicis
 sit condemnatus l. 51. §. h. 6^{to} si
 emptor transegerit, l. 53. §. i. ff. h. 7^{mo}
 si emptor non fuit usus justis defensio-
 nibus, quas non poterat ignorare l. 18.
 l. 29. §. i. ff. h. 8^{vo} si non appella-
 verit, cum appellandum esset, et appel-
 lare posset arg. l. 8. §. 8. ff. mandat.
 9^{no} si sciens rem alienam emptor
 emerit tanquam alienam l. 27. C. h.
 10 si res vendita à consanguineo jure
 retractus advocata sit, quia tunc à con-
 sanguineo em totum pretium cum expensis
 emptori refunditur. 11 si emptor actu
 violento re privatus sit. l. fin. C. de
 act. empt. 12 si quis hereditatem aliquam
 emisit, et postmodum ei res aliqua ex tali
 hereditate vindicaretur, l. 1. C. h. sed occasio-
 ne hereditatis Q. 10. utrum vendita hereditate jus
 accrescendi venditori vel emptori competat.
 puta, si ego heres scriptus in senesca-
 lare meam portionem caelo vendidissem
 contractum autem hoc perfectum, deficiit
 cohærens, forsitan hereditatis de jure incapax,

ne hereditatis

an nunc mihi venditori ejus portio, vel
Cajo emptori accrescat. R. Det. Vidmont.
h. n. 133. ~~pro venditore~~ multis adversa-
riis riorum argumentis solutis pro ven-
ditore, Ratio est, quia contrarium nec
ex mente testatoris, nec ex voluntate con-
trahentium probari potest. Vid. etiam
Fach. l. 5. c. 101.

Lib. 21.
68

Tit 3.

De exceptione rei vendita et
tradita

Q. 1. Quae est exceptio rei vendita,
et tradita? R. ea est, quae datur
ei, qui à non Domino rem ex venditione
accepit accepit, contra eum, à quo acce-
pit, si is ex post facto Dominium ac-
quisivit, et rem vindicare nititur l. j.
pr. ff. h. Rem sequentibus casibus diluci-
damus.

Primus est: Titius vendit Cajo fun-
dum ad Mavium spectantem, et tradi-
dit, postea vero ipse Titius venditor
Dominium illius acquirit quia defuncto
Mavio existit haeres, ^{quod} si is deinde fun-
dum à Cajo emptore vindicaret, sicut
ipso jure poterit, recte ab eo tam per
exceptionem hanc rei vendita et tradita à iudicium limine
arceatur. Regula enim est certa: quem de
evictione tenet actio, eum agentem multo
magis excludit exceptio, l. 19. ff. de evict.

Q. 2. Quid si Titio venditori defuncto
frater ejus sejus existeret haeres, atq. ades
fundus venditi Dominus, an non saltem hic 7 Cajo
haeres fundum à se defuncto distractum

7. Item quod haeres ad eum-
do hereditate confectus
voluntate defuncti
suo facto comprobare
l. 22. C. de donat. quo
fit, ut re licet suam a
defuncto alienata aq.
parum, quam ipse defun-
tus revocare possit

vindicare possit. ² R. Neg. quia haeres
ob identitatem cum defuncto non possit
potest ejus factum impugnare l. cum a
matre C. de R. V. & consequenter huius
etiam locum habebit exceptio rei tradi-
tae et venditae.

Q. 3. Quid si Titius Cajo vendidisset
fundum Sempronii et emptor sine traditio-
ne absq. tamen etiam vitio possessionem
nactus fuisset, an venditori postmodum
Domino facto fundum vindicare volenti
similiter hac exceptio obici queat?
R. affirm; per l. 1. §. 5. ff. h. qua. id
apertis verbis asserit.

Q. 4. Qui si ego à Titio non Domi-
no domum ad Sempronium spectantem
emiserim, et pretio soluto tradita acce-
pserim; Titius autem postea huius
domus nactus est Dominium, quia for-
sitan Sempronii haeres extitit, et rursus
alii, v. g. Scio vendidit, eamq. pariter
tradidit, quia ex supposito ego posses-
sione, quae ad ipsum Titium devenit, ceci-
di, consequenter reiterato talem domum
tradere potuisse videtur. R. Det Sempronius
in l. 2. ff. h. magis aequitati convenire
ut ego veluti primus emptor, non obstante,
quod Titius venditor eo tempore Dominus
non fuerit, secundo preferatur; Ratio,
quia dum venditor Dominium acquisivit
hoc ipso venditio et traditio primo emp-
tori facta statim ipso acquisitionis
momento, ac proinde ante 2. dam venditio-
nem confirmatur. consequenter amplius vendi
nequit.